



GEMINI SOLES

In Domo Principum,

Ad

SPLENDOREM SAXONIÆ,

SPEM POLONIÆ,

ADMIRATIONEM EUROPÆ FELICITER CONJUNCTI,

ET

REPUBLICÆ POLONÆ

Ab Equite suo

remonstrati.

2

PRÆFATIO.

Prem Tibi dico splendidissimam O Polonia! in alieno quidem cœlo exortam, ita tamen magnam, ita propitiam, ut se se Tu etiam ambitiosus inferat horizonti. Gemini hi soles quantum lucis expectationi nostræ attulerint, vix uno obtutu comprehendendi potest. Ut tamen dicendi ordinem faciam, immortaliter debemus gratias AUGUSTO, cuius omni jubare serenior Majestas, non tantum solium nostrum illuminat, verum vicina etiam sidera hospitali humanitate in eam inclinat benevolentiam, ut placidissimos exinde influxus felicitati publice polliceri, sit expeditum. Augustissima hec astrorum conjunctio, qua Sceptrorum vinculis & glorioso animorum nexu clancescit, nihil ominosus Imperiis minatur: clementissima nimurum utriusque Principis propensio in illud incumbit studium, ut Europæ tranquillitas, Regnorum confidenzia, & gentium utilitas, uno veluti concilietur affectu. Occurrите itaque fortune vestre Cives, & capacissimis mentibus utriusque sideris colligite influentias. Longè quidem a superstitione illa Romanorum religione degimus, bonis tamen avibus, gentilitias aquilas sequi non pigeat, que ad utriusque Solis intuitum volitantes, optatisissimas preludent auguriis, & pacis sibi invicem ramum, non fulmina protendunt. Procul hinc invidarum gentium livor, umbras suspicionum non amplius obrende, germanæ sumus aquile, in eodem elemento iisdem aliquando radiis enutrita. Redire nunc ad communem supremi Jovis sinum placuit, & novam ibidem diem fœderato splendore auspiciari, que hostibus nostris occasum, fortuna vero Lechicæ augmen promittit eviternam.

X

ARGU-

ARGUMENTUM.

Pacto totius Europæ Statu, cum Jupiter cognatas sibi gentes inter-
stis simultatibus agitari videret, convocato Deorum consilio, Con-
cordiam in terras mittere intendit, sed cum illa officium abnuerit,
SVADAM, persuasionis Deam, deputat, que non solum dissensio-
nes feliciter composuit; sed ipsos Regnorum Soles conjunxit cum suis aquilis,
ex quarum concordi volatu optimum Polonicis rebus angurium erigitur.

* * *

EAxonie Veneranda Domus, delecta Potentum
Hospitio, Divisqué Sacrum penetrale: Tuorum
Decisum est hodie pro Majestate *Penatum*,
Vastior est cœlo Vestri fortuna sereni,
Nempé nec ipse polus, varios divisus in axes,
Ferre duos poterit genuino sidere soles
Augustâ tandem superum statione locando,
Major at ista Domus, quæ Regia facta duorum
Ritè Monarcharum, gemino *Tyrane* renidet,
Miraturqué diem multiplice sole coruscant;
Ergo festivas præconcepe *Musa* camænas.
Phœbus uterqué jubet, qui lumine sparsus ameno,
Fatidico replet præcordia nostra calore.
Hæc ego scripturus, non Numina vana vocabo,
Sed Regum commune jubar, vultusqué benignos
Exorabo metro: nunquam dubitando quod inter
Tot radios, facilis yati ridebit *Apollo*.

Viderat æthereâ supremus *Jupiter* arce
Confessisse quidem bello cessante procellas,
Quas dudum *Mavortis* atrox vindicta ciebat.
Ast intestinis aliquid mansisse medullis,
Unde suum sumant cædis fomenta calorem.
Causa deest gladiis; nec se manifestat apertis
Disfidiis animosa Ducum prætensio, verum
Disimulans proprium specie clemente dolorem

UDRA

Suspi-

Suspicio, semperqué novis occulta simulas
 Vulneribus sua tela parat. Videt ille, doletqué,
 Quod non sincero cœat concordia mundo,
 Pronaque Regnorum dissensio nutet in arma.
 Exarist, voluitque micans vibrare tonitru,
 Sed nullum tunc fulmen erat, iam quippe feroceſ
 Illæ aquilæ, quæ tela *Jovi* jacienda ministrant,
 In se vertebant flamas discordibus alis.
 Viderat hoc cœlo magnus Pater, atque Deorum
 Consilium solemne vocat, iam roſcida forte
 Iris in agnato patuit depicta colore,
 Conveniunt, cunctis properantia Numina sphæris,
 Cum subito niveis concordia candida plumis,
 Ultima Divarum, terris expulsa dolofis,
 Intulit in medium languentia membra Senatum,
 Quam Deus adspiciens iusto mœrore dolentem
 Aggreditur, mulcetque truces sermonibus iras:
 Diva, cui laceri tandem custodia mundi
 A fatis concessa fuit, quæ sola cruenta
 Jurgia Regnorum, studiis componis amicis,
 Aspice quantarum matura pericula rerum
 Immineant! iam bella strepunt, pacisque doloræ
 Non diurna quies in apertum provolat astum,
 Divisit iam tela furor, manibusqué paratis
 Tempus & educto prætextus quætitur ensi,
 Et nisi festinum præstes placata juvamen,
 Ultima speramus ruituræ funera gentis.
 Risit ad eloquium favissima *Diva* disertum,
 Et cunctos testata Deos, mandata recusat,
 Hoc prope dicendi se defendendo tenore.
 Sæpè mihi prouum fuerat, parere tonantis
 Imperiis, vestrique simul sancita senatus
 Officio properante sequi, sed certa retardat
 Causa voluntatem, poterat quodcumque juvare,
 Impensum est vanæ per munia nostra medelæ,
 In proprias animata neces natura ferocit,

Ad clades hunc fama moveret peritura, sed illum
 Gloria Mavortis populi quæsita periculo
 Allicit, inquæ suo venatur vulnus honore,
 Illum sanguinei rabies inimica caloris
 Sollicitat, vel vile lucrum, vel dira libido,
 Ac effundendi sitis importuna crux.

Concor- Vnde tot humanis concordia saucia technis,
dia justus Ad cœlum redditura meum, iam desero terras,
dolor. Fataque Regnum gladiis peragenda relinquo.
 Dixit, & ingentem gestu testata rigorem,
 Obtulit, tumido velut implacabilis ore.
 Excepere Dii justissima vota silentes,
 Et nullum propé Numen erat, quod cernere tegras
 Vellent, & inceptum belli sopire tumultum.
 Cumque diu variis sonuisset curia dictis,
 Debuit extremas conquirere Jupiter artes.
 Est Dea, parva quidem, nec stirpe creata tumente,
 Quam licet adstringit parcissima lingua modestam,
 Imperiosa tamen sic est, ut sapé valenti

Svada per- Ipla feré peragat miracula plurima vultu.
svationis (Dicitur, eloquio, persuasio blanda diserto.)
Dea. Hanc Pater elegit castâ de gente Dearum,

Instruxitque modis docilem felicibus, ut jam
 Conciliet trepidum mansuro fædere mundum,
 Advolat & sensim placidis illabitur alis,
 Hic, ubi sudabat, contendebatque libenter
 Pacificis studiis facundia nota Ministri.
 O quam difficile est huic persuadere quietem !
 Qui numerans promptis lectissima castra maniplis,
 Forsitan invitus longa se pace fatigat,
 Materiemque suis dolet effluxisse triumphis.
 Id tamen evenit; quod non potuere *Deastræ*,
 Perficit humanæ pulcherrima gratia *Svade*.
 Tu, quicunque rei felicior author haberis,
 Sive Deus fueris, jam suscipe thuris odorem,
 Sive manes mortalis adhuc, ne despice laudes,

Quas.

Quas tibi votivo fert integra carmine tellus,
Non peritura Tibi defacto fama manebit,
Qui, belli pacisque simul clarissimus arte,
Non tantum populis das munera longa quietis,
Verum Regnantum duo sidera solus adunas.
Ecce sub influxu placido, conjunctio tandem
Facta Planetarum, gemino sociabilis igne,
Tam fortunatis adspectibus advenit orbi
Saxonico, Lechiaque diem promittit eandem.

Vesper adeat placidus; fulgore venustior omnis;
Splendidiorque die, quando spectare cuivis
Par illud tam grande licet; nec noctis opacæ
Horrorem, sed mane novum luxisse putares,
Conveniunt plenis jam signa minora catervis,
Mox personato coit integra curia cultu.
Et Reges volvère quidem lattissime: sed illos
Prodidit insigni species veneranda nitore.
Hinc roseæ nubis posito velamine, flamas
In simul augusto facies communicat ore,
Atque pari se se Majestas luce salutat.
Sicut enim rubeo, dum Sol festinus ab ortu
Consurgit, vitreisque genas depingit in undis,
Atque repercussum cernit super æquora vultum,
Ipse suos radios contemplatur, adornat,
Dilectumque magis similis sibi reddit imago:
Sic etiam nostri comitissima gtraria Phœbi,
Dum fortasse videt germanum sidus oriri,
Fulgorat, & proprias miratur in hospite dotes,
Ostenditque novum facies in utroque decorum,
Illum temperies genuini vivida Martis,
Excitat, at nostri clementia mitior astri,
Pacatam pingit solita gravitate Senectam:
Attamen ætatis benè combinata venustas
Undique cognato velut ab blanditur in ore,
Dumque pares animos spectant, redamantque vicissim;

Serenissi-
mus Borus-
sia Rex ve-
spere Dres-
dam ad
venit.

Reges sub
roso ami-
stu perso-
nati.

Sese mu- Hæserunt oculis sese quærentibus ambo,
 tuo reco- Postea conjunctis studiis in aperta ruentes
 gnoscent, Gaudia, confessim placidis amplexibus ornant,
 & ample- Confirmantque fidem, quam perfecere remoti.
 stuntur. O stupor! o rerum frons admiranda novarum!
 Temporibus redeunt *Saturnia* secula modernis,
 En Dominos, quos nulla dies sine fulmine sensit,
 Ipsaque nec meminit sine clade coisse vetustas,
 Nunc videt attonitus populorum plausus inertes,
 Jungere commissos simili pietate lacertos.
 Non arcent nunc tela vias ubicunque parentes,
 Nec se difficilis cingente satellite munit,
 Majestas, verum blandis comitata choreis,
 Et procul armorum tristi terrore reliquo,
 Splendoris secura sui, secura fidelis
 Hospitii ridet pariter clementia, proque
 Corporis Augusti, sumit custode voluptam,
 Latitudinem, plausus, & nomina mille jocorum.

Quis non invidet tam grandia munera terra, Iumenta solugus
 Saxonice, quæ nunc reliquis felicior oris, Adua bæsi te Mæsi
 Præbuit haut uni pulcherrima testa Monarchæ. Cunctis enim
 Conveniunt hic sapè Dii melioribus astris, Cognitigri, vivis
 Quatuor Reges in AUGUSTI quærendo caput: Vix nempé recenti AUGUSTI
 hospites. L ultra fluunt aliquot rerum memoranda recursu, Dilectionibus
 Sufficiens multis tam vastum clima Planetis, sic etiam solis con-
 Sidera plura simul propria regione recepit, dum fortis aibet bellum
 Danicus hic sese splendor cum Rege locavit, Fugatur, & per
 Et consanguineum depinxit murice colum. Offensibus
 Hic fuit exceptus gelidi ceu stella Bootis, illum
 Ille PETRUS, qui mox clarus de Lumine Nostris, excepit
 Principis; Imperio nascenti fecerat ortum. Pascitur, & in
 Utque nihil taceam, Gothicæ fax seiva Leonis, Amorem
 Tot regnis ferale jubar, dirusque cometes, Quibus
 Hic quoque Solsticium, casura luce, peregit.

Quar-

Quartus ades Phœbus Domini GVLIELME Ducali, nulli amicitia
 Primus honore tamen, nam gratior omnibus hospes, triplex honor
 Perpetuam placidis pacem cum vultibus offers, obsequiis sociorum
 Aspice Saxoniam visu clemente per omnem, et si quis
 Atque vide quantum Regalis flamma sereni
 Posit ad arcendas tota regione tenebras.
 Nuper ad amissæ tristissima vulnera Matri,
 Curia funereo misere squallebat amictu,
 Unde ferè dulces dilecta sede repulsa
 Delitia, longoque joci mærore filebant.
 Vix tamen hoc oculis se comiter intulit astrum ET tu, diribens
 Diffugiant nubes, veluti Tytanis ad ortum,
 Et veluti frons suda poli, Splendore venustò,
 Omnibus abstergit madidos veniendo dolores.
 Gaudia concurrunt pleno risura theatro,
 Exilioque suo rediit revocata voluptas.
 Ast non cuncta placent oblectamenta; sed illa, quæ sapiunt aliquem belli redolentis honorem,
 Dum TIBI mansuro Regali splendida fastu
 Aula pararetur, desertæ protinus ædi
 Præfers ipse libens armamentaria; certè
 Hoc est belligeri statio pulcherrima Martis.
 Sed brevis hospes eras, privato quippe cubili
 Forstan invidit tantum fortuna decorem,
 Ac alia TE sede locat: dum nempé quietas
 In Wackerbarthi Rex quereret ædibus umbras;
 Orta domum cingunt subitis incendia flammis.
 Dicite plura alii, certum est quod recta laresque
 Vicini nimium præsentia solis adussit.
 Sed nihil amist, tali Wackerbarthi in æstu:
 Scilicet oblatam Regis translatus ad aulam,
 Zodiacum nunc pro æde gerit, pro pegmate cœlum;
 Quod sibi clementis dat prodiga dextra Tonantis,
 Et sic emeriti civis rediviva senectus;
 Instar Phœnicis de munere duplicitis astri,
 Pulchrius ambustas videt cluxisse favillas.

Tota Curia post fata Regina eb adven-
tum Principes squa-
loreum suum abjecit.

Rex Borus-
sia in ar-
mamenta-
rio hospi-
tatur.

Casuale
incendiū.
Palatium
Wacker-
barthi a
Serenis-
simo Au-
gusto dono
oblatum.

Litus su-

Tri-

gra biblio. Tristius illud erat Domino graviusqué; Supellex
thecam Quod pariter subiit literaria grande periculum,
combustā, Westphalicae siquidem primæva relatio Pacis
Bis denis digesta tomis, consumitur igne,
Et pereunt rerum monumenta perennia. Verām
Damna nec ista doles, exemplar quippe futura
Historiæ, Wackebär habet in Principis ore,
Qui gestis reddendo suis memorabile Regnum,
Implebit propriæ Musæa volumine famæ,
Interea niveis fuerat permissa facultas
Blanditiis, ut TE recreent felicibus horis;
Dumque voluptates certant, sudantque vicissim;
Causa illa. Quæ TIBI splendidius referat spectacula pugnae,
lustri Fæ. Prima puellari pacuit gens pulchra labore,
minarum. Sanguinis egregii, nam quantumcunque tenebat
Nobilitas antiqua, locum contendit in unum,
Meta fuit variis circum distincta columnis,
Quarum prima, rotam sphæræ pallentis habebat:
Altera, fert clypeum jaculo volitante petendum;
Tertia, dat pilis durissima scuta rotundis;
Ultima, poma tulit gladio relegenda supino.
Ut raucæ sonuere tubæ, signumque dederunt
Cursibus, eximiæ venientes ordine turmæ;
Inter tinnitus streperos & vota faventum,
Pennigero properant ad præmia facta volatu.
Edidit insignem Veneri lux illa triumphum;
Nam licet errarent fragiles plerumque lacerti,
Debilitate nocent, spectatoremque lacescit
Divarum formosa cohors: nam prælia singens
Nec cupidis oculis crudelis parcit Amazon.
Non unus jaculum secreto corde recepit,
Frænaque vulneribus langvens auriga remisit.
Tu tamen immotus steteras, gelidusque videbas
Mille juventutis strages ab amore patratas.
Ipse, quod haud credo, Veneri mitissimus Heros,
Fecisset Mavors simili deprensus in æstu.

Spec

Spero tamen, tenero non succensibis amori,
 Quem TIBI dilecto certamine, sexus adornat.
 Et licet invisa Cypridis præludia spernis,
 Captus ab illiciis, & mollescente rigore,
 Fæmineis aliquid tribues Rex Magne trophæis.
 Quod si forte TIBI nimium sunt ludicra bella,
 Quæ ciet internis jaculis noctura venustas;
 Transfer ad alterius studium tua lumina pugnae,
 Ac alios inquire jocos, ubi svavius istis
 Illecebris præsens belli TE pascat imago.
 Amphitheatra sonant odiis animata ferarum,
 Imperioque THO servant moritura cruentum.
 Primus in attonitam prodit Leo fulvus arenam,
 Erexitque iubas; sed territus ore Deorum,
 Cessit ab ingrato tandem sine strage theatro.
 Crediderim Gothicis illum venisse cavernis,
 Victoresque suos iterum timuisse Leonem.
 Postea, fulminei metuendus vulnere dentis
 Quarit aper toto cunctantia funera circo,
 Et quocunque videt, morsu livente lacescit;
 Quem super ingentis sublatum cornua frontis
 Ventilat immiti tardissimus Urus in ictu.
 Mox subit impatiens flagranti bile duellum
 Ursus, & extrema fœtide volutat;
 Dumque gerit justo captum certamine porcum,
 Atque rebellantis toties se sanguine prædæ
 Pascit, ab explosis configitur ignibus ursus.
 Sic fera Phœbo Regis prostrata lacerto,
 Non cedidit tandem sine quodam Lumine, nempe
 Accesit nova stella polo, non simplicis ursæ.
 Illud adhuc narrare libet, dum crastina summo
 Manè pararetur cupido Venatio Regi,
 Pallida subrepit secretæ Syngrapha mensæ,
 Quæ male sollicitis frustra concepta lituris,
 I fatale TIBI, vana ratione probabat.
 Dilaceras insigne malum, sisusque fideli

()

Confliktus
 bestiarum
 in amphitheatro
 Dresdensi

Leo timi-
 dus & qua-
 re.

Ursus a Se-
 renissimo
 Borussia
 Rege in-
 teremptus

Cabballista
 quidam li-
 teras Ser-
 nissimo
 Regi sup-
 ponit; in

quibus ipsi Hospitio, falsæ risisti somnia plumæ;
 I caven- (Jact fortasse furens voluit dixisse propheta)
 dum præ-
 dicit, Rex Sed Rex his tandem damnis animosior, uno
 Schedam Fata, simul vatisque fidem, praecidit in ictu.
 dilacerat Ingentem siquidem violento dente timendum
 in venati-
 one tamen Ante pedes missò prostravit fulmine porcum,
 portento. I nunc fatidici vatis vesana libido:
 fe magni- Hic etenim Dominis ridet secura voluptas:
 tudinis a Aut si dura aliquid Regnanti fata minantur,
 prum ante Eritare suum scit dextera docta periculum.
 pedes suos Sed nimis immensus labor est, per cuncta vagari,
 intermit. Atque fatigatam per singula ducere plumam,
 Cursus e. Nam deerunt fluiis undæ, floresque rosetis,
 questris Sideribus flammæ, foliis arbusta, priusquam
 vulgo Ca- Gaudia deficient, TE spectatore, superba.
 rufel. Attamen hos inter plausus, quos splendida nobis
 Scena tulit per tor spectacula, nullibi puram
 Sinceramque magis credo risisse voluptam:
 Quam dum primævo Princeps redeunte calore,
 Vividus instaurat cursus certamen equestris.
 Non numerabo manus, nec brachia justa Virorum,
 Qui figunt niveæ certissima vulnera sphærae.
 Nec narrabo diu quantum, fortassis anhelo,
 Pulchra Juventutis contentio sudet in æstu.
 Hoc etenim commune decas, mihi protinus omnes
 Occupat adspexitus Domini currentis imago,
 In quo ad- Qui veluti posito senii torpore gravantis,
 miranda Ut sensit sonuisse tubas, fulgore renidens
 Serenissi- Divino, facilesque manu moderando lupatos,
 mi Augusti dexteritas Abripit extremæ punctum revolvibile metæ,
 elucescit. Quodve magis stupeas spectator, talis in armis
 Gratia, tale viget nervoso corpore robur,
 Et validis vis tanta fibris, ut debeat ultrò
 Erubuisse suos ictus, confusa Juventus
 Præmia cedendo; nam quantum vincitur ævo;
 Tantum alios vincit docilis levitate lacerti.

TE

TE REX MAGNE, peto per gentis utrius amorem,
 Continua placidos cursus, nec fræna remitte,
 Immortalis equo nimirum fessor haberis.
 Vinceras alibi Princeps, & gloria credo
 Sola Tibi fuerat testis plerumque triumphi.
 Nunc plus lucis adest Phœbo præsente, Tuusque
 Lufus habet grandem pro spectatore Monarcham.

Hæc iam *Saxonico* properante dicta decori,
 Sufficiant valeantque precor, sed *Sarmata Vares*,
 Quæ tandem referam Patriæ solatia moestæ,
 O AUGUSTE Potens ! vultu decide benigno.
 Per dulces oculos siquidem, frontisque leporem,
 Quo superos etiam nosti mollire severos,
 Speramus FRIDERICE Pater, non hostis abibit
Sarmatia, Princeps, qui tam dulcissimus hospes
Saxoniam placidæ mentis fulgore beavit,
 Id nobis pietas pridem promiserat. Et si
 Prisca supersticio plumis aviumque volatu,
 Fata gubernabat *Latiis* sanctissima templis ;
 Cur & ego non omen idem, meliusque vetustis
 Augurium faciam populi solempne precatu :
 Dum video paribus conjunctas insimul alis,
 Solis ad aspectum gemini pendere volucres,
 Jam dulci se luce cibant, positoque tonitru,
 Concordes aquilæ pacem, non fulmina gestant.
 Jam solem sine nube vident, propriumque vicissim
 Frondibus insternunt nidum clementis olivæ.
 Jungite quod superest mansuro fecdere plumas,
 Unius stirpis volucres sumus, atque Tonantis
 Unius pariter nos demulcentis alumnæ.
 Et licet opponat furias sèvissimus istis
 Nexibus, ut latiet nostro se funere vultur,
 Ite perennantes in fecdera, jungite vires,
 Nec curate, furens quid tandem sentiat orbis ;
 Si semel adstringet nos pax secura, fideli

Augurium
Rebus Pa-
Ionicis e-
rectum.

Ad fædus
invitatio.

Ingenio, paucumque feret concordia; contra
Vicinos casus pennas, & fulmen habemus.

Hic oculos *Europa* tenet suspensa stupentes,
Hic ego deficio calamo languente Poeta.
Ante tamen quam *Musa* cader lassata, Deorum
His prætendo genis satiari, sacula certe
Expectanda forent, ut sidera magna vicissim
Conveniant, Regumque simul se lumina jungant
Concordi solio. Magni juvat ire per ora
Hospitis, & puram visu gustare voluptam.
Blandus uterque Deum, vultu clemente modestos
Allicit aspectus, & sic incerta laborat,
In cuius sese ferat admiratio partem.
Communi siquidem de Majestate serenos,
Nulla ferè poterit distinguere gloria vultus.
Principibus geminis, fortunâ Judice tantum;
Hoc discrimen inest; Hic *Jupiter*, Ille *Gradivus*,
Hic *Mars*, Ille *Tonans*, sed magnum sidus uterque,



Als

Als der
Aller-Durchlauchtigste
Großmächtigste König und Herr/
K E R R
Friedrich Wilhelm
König in Preussen,
Nebst Dero Durchlauchtigsten
Eron-Prinzens
Königlichen Soheit

Auf Dero Retour von Dresden nach der Residenz Berlin
Anno M DCC XXVIII, den 12. Febr.

Die Chur-Stadt Wittenberg
Mit Dero Höchst-erwünschten Gegenwart begnadigten,
Soltent ihre allerunterthänigste Devotion
vermittelst dieses Wunsches bezugen

Die auf dasiger Universität Studierende
durchs Looß auf einander folgende:

| | | |
|-------------------------|------------------------------|------------------|
| Chur-Sachsen / | Ober- und Nieder-Lausitzer / | Nieder-Sachsen / |
| Thüringer / | Ungarn / | Franken / |
| Francken und Schwaben / | Anhaltiner / | Wittenberger / |
| Siebenbürgen / | Erz-Gebürgen / | Schlesier. |
| Meißner / | | |



Urchlauchtigst = Grosser Fürst,
ACHILLES unsrer Zeiten,
Der Feinde Schreck und Blitz, der
Freunde Trost und Lust,

Das zu; das, nach dem Trieb des Gnädigsten
AUGUST,

DJR DESSGEN Musen auch ein Opfer zubereiten,
Daz, da DEIN Sonnen-Licht auf diesen Bergen steht,
Da sich DEIN Gnaden-Strahl auf unsre Gränzen sencket,
Und uns der Sehnsucht Frucht, die Gegenwart, geschencket,
DJR die erfreute Pflicht gebückt entgegen geht.

DICH, welchen Fama längst in unsre Brust gedrücket,
Senckt nun ein nähr'er Blick uns desto tieffer ein.
Ach! Solte dieser Kiel Apelles Pinsel sehn!
Hätt' uns Calliope die Kräfte zugeschicket!

So schrieben wir die Lust der Sachsen, die DU schaust,
 Wie sich ihr treues Volk, um DIET zu sehn, dränge,
 Dann DEINEN Ruhm, DU Held, und DEINER
 Thaten Menge
 Mit ew'gem Eder-Saft, mit Purpur und Encaust.

Wenn Käyser Constantin, durch sonderbahres Fügen,
 In seines Vaters Gruff die guldne Krone fand;
 So hatte DIR GOTTE auch ein Gleiches zugewandt,
 Dein Vater hatte ja zuerst, nach vielen Siegen,
 Die Krone, so der Lohn von SEINEN Thaten war,
 Wie jener Hercules den Purpur-Saft, erlanget.
 Da solcher dort nunmehr in einer andern pranget,
 So legte DIR SEIN Grab die Königs-Krone dar.

Der Thaten Erstlinge bewiesen schon in Proben,
 Das DU ein wahres Bild der Hohen Ahnen seyst.
 Es zeigte sich bereits des Grossen Wilhelms Geist,
 Und Friedrichs Helden-Muth war schon in Dir zu loben:
 Weil doch ein Adler nichts als Adler zeugen kan.
 SIE legte zwar der Tod zu IHRE Ruhé nieder:
 Doch traff DEIN weites Land in DIR DIESGEBEN
 wieder,
 Und das, was dort zertheilt, allhier bensammen an.

Das rasselnde Geschütz der donnernden Carthaumen
 Gab da das Echo schon von DEINEN hohen Ruhm.
 Die Palmen folgten DIR hierauf zum Eigenthum.
 Irene stieß so fort in friedliche Posaunen:
 So, daß DU zweifach Groß im Krieg und Frieden bist:
 Weil, da das Lob so hoch, sein eignes Land beschirmen,
 Als durch des Schwerdtes Blitz viel fremde Schlösser stürmen,
 Der Bürger-Kranz so schön, als derer Sieger, ist.

Von GOTT Gesalbtes Haupt ! Seh also dann willkommen !

Willkommen, Grosser Held, Du Königlicher Gast !
Weil DU den Helicon so hoch gewürdigt hast,
So wirst DU Demuths-voll und freudig angenommen.
Durch DEINER Gegewart scheint uns ein neues Licht.
Zwei Friedriche, die sich nun Mund und Hände reichen,
Sind, wie dem Steuermann das schöne Zwilling-Zeichen,
Von dem er sich so gleich was fröhliches verspricht.

GOTT lasse DICH den Ruhm der Ahnen übersteigen.
Es sey DEIN Grosses Land ein Edles Canaan.
Es jauchs' in DEINER Schutz, DEIN froher Unterthan.
Die Feinde müssen sich vor DEINER Scepter neigen :
In Krieg-und Friedens-Zeit blüh DEIN erhabnes Glück.
Lass unsre Musen nur auch deinen Ländern dienen !
Und, scheidest DU anist im Schutz der Cherubinnen,
**So lass uns unterdeß DEIN Gnaden-Bild
zurück !**



Bey der,
Wegen Höchster Gegenwart
Ihro Königl. Majestät in Preussen,
Friedrich Wilhelms,
Und
Dero Durchlauchtigsten
Gron-Princkens Höheit,
In Dresden den 8. Febr. 1728. gehaltenen
Brächtigen ILLUMINATION
Wolte
Mit diesen geringen Inventionen
Die allgemeine Freude vermehren helfen
Ein allerunterthänigster Knecht
Johann Gottlob Kittel, Not Publ Cæs.

Allerunterthänigster Glück-Wunsch der Königl. Residenz-
Stadt Dresden.

FRIDERICO WILHELMO

REGI PRUSSIAE
AVSPICIS ARMIS CONSILIIS
FORTISSIMO FELICISSIMOQUE
VRBEM INGREDIENTI
VT FAVSTO ACCESSV

A V G V S T V M

POLONIAE REGEM
ARCTIORI AMICITIAE NEXV DEVINCIAV
SAXONIAE FIDUCIAM
POPULO HILARITATEM AVGEAT
DRESDA EXULTANS
LAETA AC FELICIA OMNIA ADPREGATVR.
MDCCXXIX.

XXX

Dem

* * *

Einem Könige von Preussen,
Friedrich Wilhelm,
 Der in seinen Unternehmungen, Waffen und Rathschlägen
 stark und glücklich ist,
 Da Er in der Stadt Dresden angelanget,
 Das Derselbe durch seinen beglückten Eintritt
 Den König von Pohlen Augustum
 Durch genauere Freundschaft verbinden,
 Dem Sachsen-Lande das Vertrauen,
 Und dem Volke die Freude vermehren möge,
 wünschet das frolockende Dresden
 alles erspriessliche Wohlergehen.
 MDCC XXIX.

Über die Portraite beyder Königl. Majestäten, von welchen Ihr Königl. Majestät in Preussen, ein Regiment in Parade neben sich sehen, Ihr Königl. Majestät in Pohlen aber die unter Ihnen blühende Künste zur Seite stehen haben, mit der Überschrift:

Es lebe der König in Preussen!
Ein Herr von grossen Thaten,
 Und mit Ihm die braven Soldaten;
 Es lebe der König von Pohlen!
GOETZ las Sein Haus stets wachsen,
 Und mit Ihm die Wohlfahrt von Sachsen.

Die im Prospect liegende Residenz-Stadt Dresden, über welche zwei Adler in der Lufft schweben, mit der Überschrift:

SVB TVTAMINE DVARVM AQVILARVM.

Geweyr Adler Einigkeit
Giebt mir Schutz und Sicherheit.

MISTACERIA ALNO AL 121 DA ATTA Brey
 XIXXOOG M
 XXX

Zwey Palm-Bäume mit Beyderseits Majestäten Wapen, unter welchen sich einige Schäffer bey ihren Heerden lustig machen, mit den Bey-Worten:

**DVO FRIDERICI NOBIS HAEC OTIA
FECERVNT.**

SIr schreiben unsre Lust und Ruh
Zwey Friedrichen mit Rechte zu.

Beyde Königliche Hoheiten, als nemlich der Königl. Preußische Kron-Prinz, Friedrich, und der Königl. Pohl. und Churf. Sächsis. Churf. Prinz, Friedrich August, die sich einander umarmen, mit der Beyschrift:

PATRVM AD EXEMPLVM.

Nach dem Beyspiel der Väter.

Hir Prinzen Beyderseits! Du Hoffnung Deiner Preussen,
Lund Du, O Prinz, Du Lust von Pohlen und von Meissen,
Küst Euch einander nur, umarmet Eure Brust,
Wie Friedrich Wilhelm thut mit Friederich August,
Ihr müsst an Tugend einst auf diesem Rund der Erden
Den Vätern Beyderseits vollkommen ähnlich werden.

Die Elbe, auf die gewöhnliche Art der Flüsse gebildet, siehet nach Ihro Königl. Majestät in Preussen, mit der Beyschrift:

Ech komm aus meinem Grund hervor,
Heb mein bemoostes Haupt empor,
Der Preussen König zu erblicken,
Dem ich von hic muss Wasser schicken
Nach Magdeburg, der festen Stadt,
Die wenig ihres gleichen hat,
So gross die Zahl der Tropfen ist
Im Strohm, der hier bey Dresden fließt;
So viel beglücktes Wohlergehn
Mag, Friedrich Wilhelm! um Dich stehn.

Kd. 872 ff. (o) 55
Um den schwarzen Preußischen und weißen Pohlischen Adler, welche bey-
derseits den Sächsischen Rauten-Cranz mit ihren Häuptern
stücken, Überschrift:

SIC RVTA VIRES CIT.

Ho muß die Rauten grünen
Bis zu den Sternen-Bühnen,
Weil sie zwey Adler schützen,
Sie heben, tragen, stützen;
Drum prangt auch heut der Rauten-Cranz
Mit neuem Licht, mit hellem Glanz.

Auf die Preußische und Pohlische Crone, welche in denen Wolken
vereinigt stehen, Lemma;

PLVS VALENT VNITAE.

Eine Einigkeit, so Sie verbindt,
Macht, daß sie unvergleichlich sind.

Über das mit Preussen gränzende Pohlen, und das mit Brandenburg
benachbarte Sachsen, cum Inscriptione:

Er Pohlen Königreich gränzt an das Reich von
Preussen,
Und die Mark Brandenburg an das belobte Sachsen,
Drum sieht die Residenz von unserm schönen Meissen,
Der Beyden Könige vertraute Freundschaft wachsen.



NC

he beys
olcken
nburg
h von
chsen,
issen,
hsen.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-156750-p0024-9

DFG

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|--|---|---|---|---|---|---|---|---|---|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 |

2

GEMINI SOLES

In Domo Principum,
AdSPLENDOREM SAXONIÆ,
SPEM POLONIÆ,
ADMIRATIONEM EUROPAE FELICITER CONJUNCTI,
ET
REPUBLICÆ POLONÆ
Ab Equite suo
remonstrati.

PRÆFATIO.



lem Tibi dico splendidissimam O Polonia! in alieno quidem cœlo exortam, ita tamen magnam, ita propitiam, ut se se Tuο etiam ambitiosius inferat horizonti. Gemini hi soles quantum lucis expectationi nostre attulerint, vix uno obtutu comprehendendi potest. Ut tamen dicendi ordinem faciam, immortale bensus gratias AUGUSTO, cuius omni jubare serenior Majestas, non tantum ium nostrum illuminat, verum vicina etiam sidera hospitiali humanitate im inclinat benevolentiam, ut placidissimos exinde influxus felicitati publice liceri, sit expeditum. Augustissima hec astrorum conjunctio, qua Sceptrum vinculis & glorioso animorum nexu clauscet, nihil ominosi Imperis minar: clementissima nimurum utriusque Principis propensio in illud incumbit stum, ut Europeæ tranquillitas, Regnorum confidenzia, & gentium utilitas, o veluti concilietur aspectu. Occurrere itaque fortune vestra Cives, & ca- cissimis mentibus utriusque sideris colligite influentias. Longe quidem a su- stitiosa illa Romanorum religione degimus, bonis tamen avibus, gentilitias uila sequi non piceat, qua ad utriusque Solis intuitum volitantes, optatis- sis praeludent anguriis, & pacis sibi invicem ramum, non fulmina protendunt. ocul binc invidarum gentium livor, umbras suspicionum non amplius obrende, permane sumus aquila, in eodem elemento iisdem aliquando radiis enatrite. dire nunc ad communem supremi Jovis sinum placuit, & novam ibidem diem fæderato splendore aufficari, que hostibus nostris occasum, fortune vero Lechicæ augmen promittit æviternam.

)(

ARGU-